





DISPUTATIO JURIDICA,

Quam
In Alma CHRISTIAN-ALBERTINA,
SERENISS. PRINC. AC DNI.

DN. FRIDERICI IV,

Hered. Norw. Regentis Supr. Ducis Slesw. Duc. Holstat. &c. &c.
Academiae suae Rectoris Magnificentissimi,
Clementiss. Mandato,

DE

SINGULARIBUS

ALIMENTORUM
JURIBUS,

Sub PRÆSIDIO

SAMUELIS REYHERI, JC.

Cod. & Mathemat. Profess. Publ.

habebit

CHRISTOPH JACOB PFENNING,

Kiliensis,

Die 10. Maji c1812, horis antemeridianis,

In Auditorio Majori.

K I L I Æ

Typis *Bartoldi Reutheri*, Academ. Typogr.

29
41. 20
1702, 3



DISPUTATIO JURIDICA

In Alma Christian-Albertina
Seresvise Prine. Acad.

DR. FRIDERICI IV.

Herob. Norw. Regentisqur. Ducis Stev. Tuo Holar. &c. &c.
Academis sue Reftoris Magnificentiſſimi
Chomitiſ. K. &c.

DE

SINGULARIBUS

ALIMENTORUM

JURIBUS.

Sub PRÆSIDIO

SAMUELIS REYHERI, JC.

Cod. & Mathematic. Profeſſ. Publ.

habedit

CHRISTOPH JACOB PENNING

K. &c.

Dr. Med. et Ph. &c. &c. &c.
In Auditorio Majori.

K I E R

Typis Samueleb. Rumboldi, Academiæ Typog.



I. N. D. N. J. C.

EX ampla Alimentorum materia nunc præci- 1
 pua quædam ac singularia eorum jura col- 2
 ligere voluimus. Alimentis autem lega- 2
 tis cibaria & vestiariū & habitatio debentur,
 quia sine his ali corpus non potest, l. 6. & ult.
ff. de Aliment. leg. Per Alimenta interdum solus cibus 3
 & potus intelligitur, unde qui transigit de alimentis,
 non videbitur neque de habitatione, neque de vestia-
 rio transigisse, cum Divus Marcus specialiter etiam
 de istis transigi (debere) voluerit, l. 8. §. 12. *ff. de*
Transact. Hinc alimentarii dicuntur, quibus alimen- 4
 ta relicta sunt, vel ali debent, d. l. 8. §. 6. *ff. de transact.*
 & l. ult. *ff. ad l. falcid.* Vocantur alias victus, utpote
 quo continentur, quæfui potuique, cultuique cor-
 poris, quæque ad vivendum homini necessaria sunt;
 Vestem quoque victus habere vicem, Labeo ait, l. 43. 5
ff. de Verb. sign. & cætera, quibus tuendi curandive
 corporis nostri gratia utimur, ea appellatione signifi-
 cantur, l. 44. *ff. eod.* hinc si alicui alimenta debeantur, 6
 funeris quoque expensas ad alimentorum debitorem
 pertinere putant, quia ad curandum corpus spectant,
arg. l. 37. ff. de relig. & sumptib. funer. Richt. p. 2. *de-*
cis. 73. n. 22. quod tamen negare videtur Carpov. 7
Jurispr. forens. Part. 2. const. 46. def. 23. Quia appel-
 latione alimentorum impensas funebres propriè non
 contineri autumat, *arg. l. 6. de aliment. & cibar. le-*
gat. Interim tamen successoris feudi filiam ante 8
 A 2 cello-

- 4
 7
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
- cessoris, quem alere tenentur, si, antequam in matrimonio elocaretur, defuncta sit, nec aliunde habeat, ut more honesto sepeliri queat, ad impensas exequiales obstringi dicit, *d. def. 23. n. 4.* Stuprator quoque infante ante 13. annum mortuo, licet amplius ad præstationem alimentorum obligatus non sit, impensas tamen funebres in sepultura infantis factas solvere tenetur, *Carpz. Prax. Crim. qu. 68. n. 114.* Alimentorum autem magnus favor est, unde illorum causa vocatur pia. *Covarruv. Pract. quest. Cap. 6. n. 8. in fin.* Et propterea etiam singularia ipsi à Legislatoribus concessa sunt jura, i. e. contra tenorem rationis vel regularum juris, *l. 16. ff. de legib.* in causis alimentorum proceditur, uti ex sequentibus patebit.
- Nam in causa alimentorum non solenni iudiciorum ordine plenè observato, ut in aliis causis: Sed extraordinarie & summarie proceditur, *Cammer-Gerichts-Ordnung Part. III. tit. 3. §. 12. Carpz. Proc. Jur. tit. I. art. 1. n. 48. Brunnem. Proc. Civil. cap. I. n. 22.*
- II. Generale beneficium est remedium *Arestis*, quo creditores sibi prospicere possunt, *Petr. Beck de jur. sistend. cap. 3. n. 1. & seqq.* Si vero Creditor bona ad alimentationem debitoris destinata arrestare velit, audiendus non est, *Dan. Müller Part. I. ad Const. Elektor. 29. n. 13.* Nam exsecutio in alimenta fieri non potest, *l. 33. pr. & l. ult. pr. ff. de rebus auctoritat. jud. possess.* Nec etiam sequestrari possunt, *Mart. Coler.*

ler. *Libr. I. c. 13. n. 20.* Christoph. Lange *Proc. Civ. cap. 28. n. 110.*

III. Nemo adversario suo contra se ipsum sum- 19
 rus litis & alimenta suppeditare tenetur, Felin. *in Cap. 20*
 si qui testium. 8. *X. de testib.* Si vero de alimentis a- 20
 gitur, illa Reus actori indigenti subministrare cogi-
 tur, Hartm. Pistor. *Part. I. qv. 20. n. 5.* Bened. Carpz.
Jurispr. Forens. Part. I. const. 31. def. 33. n. 6. Mev. *Part.*
III. dec. 281. n. 2. Si, exempli gratia, scriptus heres 21
 appellaverit, placuit interim propter inopiam pupil-
 li alimenta pro modo facultatum, quæ per inofficiosi
 testamenti accusationem pro parte ei vindicabantur,
 decerni: eaque adversarium ei subministrare necesse
 habere, usque ad finem litis. *l. 27. §. 3. ff. de inoffic. te-*
stam. Sic etiam si ab ejus parte, qui dicitur ser- 22
 vus, aliquid dicatur Dominus abripuisse, tunc ea
 convenit, de quibus in judicio tractabitur, sequestra-
 ri in eum diem, in quo controversia sopiatur, ita ut ex
 iisdem (si aliqua alia facultas esse non poterit) tan-
 tum litis sumtus & alimonia homini subministretur,
 quantum moderato judicis arbitrio fuerit æstima-
 tum, *l. ult. C. de ordine cognition.*

IV. Diebus feriatis suspenditur Jurisdictio judi- 23
 dicis adeò, ut neque citatio, neque sententiæ latio,
 neque exsecutio locum habeat. Citatio enim die 24
 feriata facta non valet, quia die Dominico nulla
 quenquam urgere debet admonitio, *l. ult. C. de feriis.*
 Si etiam eo tempore, quo Jurisdictio & potestas est su- 25
 spensa, judex sententiam fert, ipso Jure nulla est. *cap.*

Quia

- Quia diversitatem. 5. X. de concess. præbend. Glossa in cap. præsentis. 10. verb. ad cautelam. de sent. excommun. in b. Vantius de Nullit. tit. 9. n. 128. Franzke Comment. 26 ad ff. de feriis n. 24. Si verò de alimentis quaestio est, etiam in feriis adiri Magistratus potest. 27 Divi Marci enim oratio in Senatu recitata effecit, ut quoties res urget, Prætorem etiam adiri diebus feriaticis, utputà ut tutores aut curatores dentur, alimenta constituantur, l. 1. §. fin. & l. 2. princ. ff. de feriis & dilat. Vultejus de Judic. Libr. II. n. 324. 28 V. In rebus, quæ privati iudicii quaestionem habent; sicut pupillus tutore auctore & agere & con- 29 veniri potest; ita adultus, (sive minor) curatore consentiente, litem & intendere & excipere debet, 30 l. 2. C. qui legit. person. in jud. standi. Si autem pupillo vel adulto alimenta à tutore vel curatore suo non præstantur, (sine Curatore) adire potest præsidem, qui ne in alimentorum præstatione mora fiat, partibus suis fungetur. l. 1. C. de aliment. pupill. præstand. Speculator sive Guilielm. Durans de actore 3. & 20. 31 VI. Quam sit frequens appellandi usus, quamque necessarius, nemo est, qui nesciat, quippe cum iniquitatem judicantium vel Imperitiam corrigat. 32 l. 1. pr. ff. de appell. & ut præjudicium a læsis avertatur; Papiens. in Pract. in form. appell. sent. definit. Glossa 33 verbo. coram vobis n. 2. Ideo etiam toties locum habet, atque admittenda est, quoties gravamen aliquod, velut appellationis, Cap. ut debitus. 59. X. de appell. deprehenditur, cui quodcumque locum facit. Spe-

Speculat in tit. de appell. §. in quibus princ. Lib. 2. Me-
 vius Conf. 69. n. 1. 2. Nihilominus in causis ali- 34
 menta futura concernentibus appellatio non admit-
 titur. Surdus de aliment. tit. 8. privileg. 60. n. 5. sqq.
 Rebuffus tit. de appellat. art. 7. gloss. 2. n. 9. tom. 3.
 Licet autem Dd. aliud sentire videantur, conciliari 35
 tamen possunt distinctione inter effectum appella-
 tionis devolutivum & suspensivum. Surdus. d. loc. n.
 16. & 19. Mevius Part. III. dec. 37. n. 11. Ad 36
 eum videlicet effectum, ut pendente appellatione
 nihilominus alimenta præstanda, aut per exsecutio-
 nem exigenda sint, Lancellott in tract. de attent. part.
 2. cap. 12. limit. 24. n. 6. & sqq. Scaccia in tract. de
 appell. qu. 17. limit. 7. n. 27. Cum etiam si quid 37
 alimentorum nomine exactum fuerit, judiciali au-
 ctoritate corroboratum sit, cessat repetitio, donec
 sententiæ correctio subsecuta sit, Mevius conf. 54. n.
 103.

VII. Filiabus vel Sororibus vafallorum, quam 38
 diu non elocantur, alimenta ex feudo debentur,
 Alvarot. Afflict. & Dd. in cap. un. lit. 36. Libr. 2. feud.
 Hartmann. Pift. Libr. 2. qu. 37 n. 2. Jacob Schultz
 in addit. ad Modest. Pistor. qu. 122. n. 87.

VIII. Feuda oppignorari non possunt, tit. de 39
 probib. feud. alienat. per Frider. 55. Libr. 2. feud.
 Hinc colligunt, neque expressam, neque tacitam in
 feudis hypothecam locum habere, Anton Neguz.
 de pign. in 2. membr. 2. part. princ. n. 43. versu &
 contr. Bartol. multique, quos citat Modest. Pift. qu.

- 8
- 40 *l. 122. n. 2. §. 4.* Ratione alimentorum tamen fo-
 rores contra fratres vel alios agnatos jus tacitæ hy-
 pothecæ, nec non jus retentionis habent. Mevius
Part. 3. dec. 467. n. 2.
- 41 IX. Priores Creditores consensum domini
 habentes, reliquis omnibus creditoribus præfe-
 runtur.
- 42 Filia vero contra agnatorum & fratrum cre-
 ditores, etiamsi hypothecam cum consensu domini
 habeant, præferuntur, quia alimentorum debitum,
 universali Germaniæ consuetudine factum est onus
 feudale Mev. *dict. dec. 367.*
- 43 X. Dos mulieris concurrens, cum expressa
 & tacita anterioribus hypothecis, superabit utramque,
 cum haud dubie antiquiorem superet, quæ jam vi-
 cit expressam & intermediam, Rauchbar. *Part. I.*
qu. 4. n. 25. Interim tamen fratris uxori vel vi-
 duæ, dorem illatam repetendi sorores ex feudo pater-
 no dotationem vel educationem sive alimenta pe-
 tentes præferuntur, Carpz. *Part. I. dec. 72. n. 56.*
- 45 XI. Quod in alimenta ætatis puta infirmæ (se-
 nioribus, vel pueris, puellisque) relictum fuerit, ad
 honorem civitatis pertinere respondetur. *l. 122. pr. ff.*
de Legat. 1.
- 46 XII. Cum hi, quibus alimenta relicta erant,
 facile transigerent, contenti modica præsentis: divus
 Marcus oratione in Senatu recitata effecit, ne aliter
 alimentorum transactio rata esset, quam si auctore
 47 prætore facta. Ejusdem prætoris notio ob trans-
 actio-

actionem erit: five habitatio, five vestiarium, five de prædiis alimentum legabitur *l. 8. pr. §. 1. ff. de transactionibus.*

XIII. Justinianus Constitutione promulgata 48
pubertatem in masculis post *decimum quartum annum* completum illico accipere disposuit, antiquitatis normam in fœminis bene positam suo ordine relinquens, ut post *duodecim annos* completos viri potentes esse credantur, *pr. Inst. quib. mod. tutel. finit. l. 5. ff. qui test. fac. l. 3. C. quand. tutor. vel curat. esse desin.* Si vero usque ad pubertatem alimenta re- 49
linquantur, si quis exemplum alimentorum, quæ dudum pueris & puellis dabantur, velit sequi; Sciat Hadrianum constituissè, ut pueri usque ad *decimum octavum*, puellæ ad *quartum decimum* annum alantur, Imperator noster (*Alexander*) rescripsit; Sed etsi generaliter pubertas non sic definiatur, ta- 50
men pietatis intuitu in sola specie alimentorum hoc tempus ætatis esse observandum, non est incivile. 51
l. 14. §. 1. ff. de Aliment. legat.

XIV. Ratione alimentorum, maximè notabilis lex habetur in *tit. ff. ad Leg. Falcidiam*, quæ est 52
68. & adscribitur Æmilio Macro, qui tempore Maximini Imperatoris floruit, & Libros duos *de re militari*, duos *publicorum judiciorum*, duos *de officio præsidis*, duos *VICESIMARUM HEREDITATUM*, duos denique *de appellationibus* reliquit: lex autem sic se habet: 53
Computationi in alimentis faciendæ hanc formam esse Ulpianus scribit, ut à prima ætate us-
B quæ

que ad annum vicefimum, quantitas alimentorum triginta annorum computetur, ejusque quantitatis falcidiæ præstetur.

- 54 Ab annis vero viginti usque ad annum vicefimum quintum, annorum viginti octo;
- 55 Ab annis viginti quinque usque ad annos triginta, annorum viginti quinque;
- 56 Ab annis triginta usque ad annos triginta quinque, annorum viginti duo;
- 57 Ab annis triginta quinque usque ad annos quadraginta, annorum viginti;
- 58 Ab annis quadraginta, usque ad annos quinquaginta, tot annorum computatio fit, quod atati ejus ad annum sexagesimum deerit, remisso uno anno;
- 59 Ab anno vero quinquagesimo usque ad annum quinquagesimum quintum, annorum novem;
- 60 Ab annis quinquaginta quinque ad annum sexagesimum, annorum septem;
- 61 Ab annis sexaginta, cujuscunque ætatis sit, annorum quinque; eoque nos jure uti, Ulpianus ait, & circa computationem ususfructus faciendam;
- 62 Solitum est tamen a prima atate usque ad annum trigefimum computationem annorum triginta fieri;
- 63 Ad annis vero triginta tot annorum computationem inire, quod ad annum sexagesimum deesse videntur, nunquam vero amplius, quam triginta annorum

norum computatio initur ; Sic denique, & si rei- 64
 publicæ usufructus legetur, sive simpliciter, sive ad
 ludos, triginta annorum computatio fit. Duo 65
 hæc lex continet membra, prius, nempe de Alimen-
 tis, alterum de usufructu legatis, utpote quæ in eo
 conveniunt, quod legata alimenta morte alimenta-
 rii l. 8. §. 10. ff. de transact. & usufructus usufru-
 ctuarii morte finiatur, §. ult. Inst. de usufruct. c. l. 3.
 §. final. quemadm. ususfr. amitt. Si ergo alimen- 66
 tarii vel usufructuarii, quibus ad dies vitæ alimenta
 testamento, vel codicillis fuerint relicta, sive ad testa-
 mentum factis, sive ab intestato ; Item, si mortis 67
 causa donata fuerint relicta, vel ab eo, cui mortis
 causa donata sunt relicta ; Sed & si conditionis 68
 implendæ gratia relicta sunt, auctoritate prætoris
 transigere velint, l. 8. §. 2. ff. de transact. juxta pro-
 portionem in nostra lege expressam heres quartam
 falcidiam deducere potest. Modus enim pro ætate 69
 ejus, qui transigit, arbitrandus est, & valetudine :
 nam alias cum puero, alias cum juvene, alias cum
 sene transigi palam est. d. l. 8. §. 10. ff. de transact. 70
 Finis vel scopus hujus legis est, ut heres transigens de
 alimentis relictis, quantitatem sciat, quam Falcidiæ
 loco detrahere possit ; si alimentarius quidem transi- 71
 gere nolit, cogi non poterit, sed heres eum, quamdiu
 vivit, alere tenetur. Alimentarius verò, legitimam 72
 transigendi causam habens, heredem, ut transigat, a-
 digere potest: Justæ autem transigendi causæ sunt, si 73

B 2 alibi

12

- alibi domicilium heres , alibi alimentarius habeat ;
 74 aut si destinet domicilium transferre alter eorum ;
 75 aut si causa aliqua urgeat præsentis pecuniæ ;
 76 aut si à pluribus ei alimenta relicta sint , & minutatim
 77 singulos convenire difficile ei sit ; aut si qua alia
 causa fuit , ut plures solent incidere , quæ prætori sua-
 deant , transactionem admittere *l. 68. §. 9. ff. de trans-*
 78 *act.* In tali transactione autem plura observa-
 da veniunt , nempe
 1. *Ætas alimentarii d. l. 8. §. 10. ff. de transact.*
 2. *Ejusdem persona , cujus vitæ fit ; utrum frugi*
 79 *vitæ fit , qui alias sufficere sibi possit ; an sequioris , qui*
de alimentis pendeat ? d. l. 9. §. II.
 3. *In persona quoque ejus , à quo alimenta reli-*
 80 *cta sunt , hæc erunt specienda ; in quibus sit facultati-*
bus ; cujus propositi ; cujus opinionis , ut appareat ,
num quid circumvenire velit eum , cum quo transi-
git ? d. §. II.
 4. *Utrum de solis alimentis propriè sic dictis , an*
 81 *simul de habitatione , de vestiario deque calciario*
 82 *transigere velit , d. l. 8. §. 13. & 14. ff. de transact. Quid*
ratione ætatis observandum sit , in nostra lege deter-
minatum est , cujus numeri ita se habent ,

ALIMENTORUM JURIBUS.

1	31	30	52	60	65
2	32	31	53	61	66
3	33	32	54	62	67
4	34	33	55	63	68
5	35	34	56	64	69
6	36	35	55	65	70
7	37	36	56	66	71
8	38	37	57	67	72
9	39	38	58	68	73
10	40	39	59	69	74
11	41	40.19		70	75
12	42	41.18		71	76
13	43	42.17		72	77
14	44	43.16		73	78
15	45	44.15	59	74	79
16	46	45.14		75	80
17	47	46.13		76	81
18	48	47.12		77	82
19	49	48.11		78	83
20	48	49.10		79	84
21	49	50	59	80	85
22	50	51	60	81	86
23	51	52	61	82	87
24	52	53	62	83	88
		54	63	84	89
25	50	55	62	85	90
26	51	56	63	86	91
27	52	57	64	87	92
28	53	58	65	88	93
29	54	59	66	89	94
				90	95

Com-

106

83 Computatio hæc minus accurata est. Annus enim 20. extenditur ad 48. cum tamen 19. respondebant 49. Item 24. respondent 52. & 25. solummodo 50. efficiunt; Porro 29. additis 25. colligunt 54. cum tamen triginta adjectis 22. non nisi 52., ac 31. solummodo 53. producant; Denique 54. ad 63. & 55. tantummodo ad 62. ac 59. ad 66. ast 60. ad 65. ascendant; Cum igitur in simili casu, nempe dierum, qui excusationibus tutorum dati sunt, calculus, secundum regulam præscriptam adornatus, intentioni legislatoris contrarius videretur, Modestinus Jctus paulo aliter calculum instituit, ne nimirum, monente Scævola, dies computati minus sint, quam quinquaginta dies, §. 16.

87 *Inst. de excus. tutor.* In Divi Marci enim promulgatione ei, qui in ipsa civitate est, in qua creatus est, vel intra centum miliaria, quinquaginta dierum spatium

88 legislator dedit; ei vero, qui ultra centum miliaria habitat, in unamquamque diem numerari viginti miliaria jussit; & extra hos alios triginta dies adjecit

89 ad excusationem, Unde contingit, ut si cujus habitatio centum sexaginta miliaria absit, is octo & triginta dierum spatium habeat, octo quidem, centum sexaginta miliariorum nomine, in unamquemque diem viginti miliaris numeratis; triginta vero eo, quod ad excusationem faciunt. Erit enim in deteriori ordine, qui longius habitat, eo qui intra centum miliaria est, vel in ipsa civitate; si utique his quidem semper 50. dies spacii sunt, illis vero paucioribus.

92 Sed & si maxime verba legis, hunc habeant intel-

Com 22 88 80 82 84 86 88 90 92



intellectum , tamen mens Legislatoris aliud vult; Ita enim Cerebrius Scævola, & Julius Paulus, & Domitius Ulpianus, Coryphæi legum prudentum scribunt, dicentes, ita oportere hoc observari, ut nunquam alicui minus detur quinquaginta dierum spatium; tunc autem longius, cum annumeratio dierum, qui in viam computantur, adjectis triginta diebus, quos ad excusationem lex dat, excedit quinquaginta dies: ut puta si dixerimus, aliquem à quadringentis quadraginta miliaribus habitare. Hic enim viae habebit dies 22. ad excusationem autem alios triginta l. 13. §. 2 ff. de excusat. juxta hanc declarationem, qui à quadringentis miliaribus habitat, æque ac ille, qui breviori intervallo a civitate, vel in ipsa civitate agit, quinquaginta dies, pro excusatione habet; Similiter ratione computus antea propositus, ut Legislatoris intentioni, qui majoribus natu pauciores annos, quam junioribus concedit, magis conveniat, ita adornari potest;

0	30	10	40	20 (29)	49	30	52
1	31	11	41	21	49	31	53
2	32	12	42	22	50	32	54
3	33	13	43	23 (27)	50	33	55
4	34	14	44	24 (26)	50	34	56
5	35	15	45	25 (25)	50	35	56
6	36	16	46	26	50	36	57
7	37	17	47	27	51	37	58
8	38	18	48	28	52	38	58
9	39	19	49	29 (23)	52	39	59

	In capite hujus Abaci	40 (19)	59	65--	--70
99	adjunximus Zyfram pro	41 (13)	59	66--	--71
100	iis, qui in ventre sunt. Hi	42 (17)	59	67--	--72
	enim quoties de commo-	43 (16)	59	68--	--73
	do illorum agitur, perin-	44 (15)	59	69--	--74
	de, ac si in rebus humanis	45 (14)	59	70--	--75
	essent, custodiri debent,	46 (13)	59	71--	--76
101	<i>l. 7. ff. de stat. homin.</i> Fin-	47 (12)	59	72--	--77
	guntur enim in rerum na-	48 (11)	59	73--	--78
	tura esse, <i>l. pen. ff. eod.</i>	49 (10)	59	74--	--79
102	Si ergo ei, qui in utero est,	50	59	75--	--80
	alimenta ad dies vitæ re-	51	60	76--	--81
	licta sint, & mulier vel cu-	52	61	77--	5--82
	rator ejus legitimas tran-	53	62	78--	--83
	figendi causas habens, pro	54	63	79--	--84
	triginta annis alimenta	55 (8)	63	80--	--85
	petere, & de iis transigere	56	63	81--	--86
103	potest; Nunquam e-	57	64	82--	--87
	nim amplius, quam tri-	58	65	83--	--88
	ginta annorum compu-	59	66	84--	--89
	tatio initur. per <i>l. 68. pr.</i>	60 (6)	66	85--	--90
	<i>in fin. ff. ad l. Falcid.</i>	61	66	86--	--91
104	Pecuniam vero ex trans-	62	67	87--	--92
	actione debitam mulier	63	68	88--	--93
	accipere non potest, nisi	64	69	89--	--94
	ad exemplum illorum,			90--	--95
	quorum curæ absentium portio hereditaria committi-				
	tur, Faber. <i>in Cod. Libr. 5. tit. 40. def. 10. n. 4.</i>				
	Carpz. <i>Jurispr. Forens. Part. 3. const. 15. def. 48.</i>				
	<i>n. 2. caveat, se post abortum, aut mortuum enixum pecu-</i>				

pecuniam acceptam restitutoram. Partus enim, 105
 nisi vivus editus sit, nunquam vixisse fingitur, & pro-
 pterea legata ipsi alimenta nullius sunt momenti.
 Quare autē triginta anni ab Legislatoribus electi sint, 106
 Brunnem. *ad d. l. 68. n. 2.* idē factum esse putat, quod
 præsupposuerint, spacium vitæ longissimū esse octo-
 ginta annorum. Hinc natum viginti annos insu- 107
 per 60 supervivere posse; Sed quia hoc incer- 108
 tum, annos illos sexaginta dimidiari, & triginta an-
 nos computari, ut scil. incertum ætatis cum dimi-
 dio annorum futurorum computetur. Verum 109
 hanc rationem non esse veram, vel inde patet, quod
 in *d. l. 68.* ætates ultra sexaginta annos extendun- 110
 tur, Præterea etiam centum anni vitæ longævi 110
 hominis assignentur. *l. 56. ff. de usufr. & quemadm. &*
l. 8. ff. de usu & usufr. leg. Melior autem ratio vi- 111
 detur esse, quod per præsentationem pecuniæ
 alimentorum triginta annorum computatis usuris
 & usurarum usuris, & quidem centesimis, major
 summa colligatur, quam si pro centum annos
 nuda alimentorum relictorum æstimatio ab he- 112
 redibus præstaretur. Hanc legem 68. ad usumfru- 112
 ctum legatum quoque pertinere, ex finalibus ejus
 verbis patet. Præterea autem Dd. ad annuo- 113
 rum reddituum ad dies vitæ emtionem, aliaque
 similia negotia, si modo materia subjecta pa-
 tiatur, extendi posse dicunt, Gail. *Libr. 2. obs.*
s. n. 4. Covarruv. *Libr. 3. variar. resolut. cap. 9.*
n. 7. Brunnem. *in Comment. ad d. l. num. 5.* Per 114
 C an-

- annuus ejusmodi reditus vero intelliguntur *Leib-*
Renten / quorum quantitas definienda est juxta
 communem Provinciae aestimationem , si ea cer-
 ta sit ; quod si ea nihil certum in hoc sanxerit,
 arbitrio boni viri pretium justum est statuen-
 dum , perpensis aetate & valitudine ementis vel
 emtoris , aliisque pluribus , ex quibus Judicis a-
 nimus colligere possit certam hujus rei definitionem.
 Justum pretium esse ad rationem *unius* pro *sex* ,
 five $16\frac{2}{3}$ pro Centum , Oldradus *Consil.* 107. pu-
 tat. Baldus verò *Libr.* 5. *Conf.* 192. ad vitam duo-
 rum justam esse aestimationem censet , ad ratio-
 nem *unius* pro *novem* , five $11\frac{1}{9}$ pro Centum.
 Idem Baldus *Consil.* 410. *Libr.* 1. admittit ad pre-
 tium *unius* pro *decem* ad vitam unius hominis ,
 id est , 10. pro centum. Laudatus quoque Baldus
 idem pretium *unius* ad *decem* ad duorum hominum
 vitam justum aestimat. *Lib.* 1. *Conf.* 18. Romanus
Conf. 302. justitiam annui reditus ad vitam viri & uxori-
 ris metitur ad proportionem *unius* pro *octo* , id est
 $12\frac{1}{2}$ pro Centum. Cumanus *Conf.* 181. ad vitam
 patris & duorum filiorum juvenum *decem* opinatur
 justum esse unius anni pretium. Covarruv. *dict. cap.*
 9. n. 7. Anni hi reditus , quia aequè , ac u-
 sustructus , cum persona extingvuntur , nec ad
 heredes transeunt , a Wehnero *Pract. Observ.*
voce Leib-Geding in fine ita definiuntur : *Leibrente*
heiß-

heissen derowegen Leibrente / daß sie nicht länger denn der
 Leib / dem sie verschrieben / wehret / gegeben werden / und
 also die Obligation mit der Persohn ein Ende nimt.
 Brunnemannus in *Commentario ad dictam leg.* 68. 123
n. 3. talem proponit casum: Sic si quis conduxerit
 prædium ad vitam , & cum per singulos annos ha-
 ctenus locatus fuisset XXVII. thaleris , & postea
 evictus esset fundus (locatus) , proportione habitâ
arg. hujus leg. incertum ætatis æstimandum , vid.
Svarex. ad l. Quoniam in prioribus 32. C. de Inoff.
Testam. ampliat 3. Sande l. 3. tit. 14. def. ult. Ut 124
 casus hic paulò clarius proponatur , duo præsup-
 ponenda erunt , nempe fundum vel simpliciter
 ad dies vitæ locatum , vel Jure Emphyteuticario
 conductori traditum esse ; Si simpliciter ad dies 125
 vitæ alicui viginti septem thaleris annuis locatus ,
 & postea evictus fuerit , omnis cessat obligatio ,
 nec locator conductori fundum , nec condu-
 ctor locatori amplius pensionem debet ; Si 126
 verò conductor emphyteuticario jure possedit
 fundum , quem præsentem pecunia sub hac condi-
 tione emit , ut quotannis 27. thaleros , quasi cano-
 nem solveret ; Evicto fundo , locator pro quan- 127
 titate annorum restantis vitæ pretium restituere
 tenebitur. Si, e. g. conductor sit 59. annos na- 128
 tus, non nisi ratione septem annorum pretii partem
 petere poterit.

T A N T U M.

A meridie hora II. Colloquium , de Juribus Schlef-
 wico - Holsaticis , variis jurium in his provinciis usitatorum
 Codicibus productis , instituetur.

besten betrogen / verbrunt / dass sie nicht länger kann der
 Zeit / denn sie verstreuen / wechelt / wechelt wechelt und
 also die Obligation mit der Person ein Ende hat.
 Brinnemanns in Commentariis ad hunc leg. de. 121
 n. 2. talis proponit estum: Sic si quis condaxerit
 praedium ad vitam, & cum per singulos annos ha-
 bens locatus fuisset XXVII. thaleris, & postea
 evictus esset fundus (locatus), praedictione habita
 vix. hinc leg. incertum etiam adimandum, vi.
 Quarta ad A. Quoniam in praedictis 22. C. de iust.
 Testam. sup. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

T A N T U M

A meridie hora II. Colledium, de iuribus schol.
 wico Hollands, vatis iurium in las provincia mlt. totum
 Codicibus prodigit, institutum.


2402

Kiel, Diss., ~~169~~-172

X 237 1917

KD7





DISPUTATIO JURIDICA,

Quam
In Alma CHRISTIAN-ALBERTINA,
SERENISS. PRINC. AC DNI.

DN. FRIDERICI IV,

Hered. Norw. Regentis Supr. Ducis Slesw. Duc. Holstat. &c. &c.
Academiæ suæ Rectoris Magnificentissimi,

Clementiss. Mandato,

DE

SINGULARIBUS

ALIMENTORUM
JURIBUS,

Sub PRÆSIDIO

SAMUELIS REYHERI, JC.

Cod. & Mathemat. Profess. Publ.

habebit

CHRISTOPH JACOB PFENNING,
Kiliensis,

Die 10. Maji cD Is ccII, horis antemeridianis,
In Auditorio Majori.

K I L I Æ

Typis Bartholdi Reuthevi, Academ. Typogr.

29
41. 20
1702, 3

